

11. 7. 1882

II u
827

PROPOSITIONES

De

Laudibus & Affectibus

PODAGRÆ

quas suo

MAGNO MAGISTERIO
NOMINATISSIMI

Per omnes Terrarum Tractus Notissimi,
in Angustiis & Arumis Experientissimi

D O M I N I N G U S

D. ROBERTI PODALIRII,
Supremi in Academiâ experimentalis Podagræ
CANCELLARII

Viri per omnia Eximii
defendendas

PRO PRIMA LAUREA

suscepit

Novus Podagricus,

OMNIS NEMO vulgo Niemand von Afferhausen.

A N N O 1705.

50.



BIBLIOTHECA
TONICKAVIANA

S 250 OMNIBUS

De

PODAGRÆ

BONO & MALO

BENE & MALE

Sentientibus

mecum

Consentientibus

FAUTORIBUS & AMICIS

OMNIVARIIS,

Experimentales meas Primitias

do, dico, dedico.

amando & commendo

AUTOR & RESPONDENS.



PROPOSITIONES.

POdagra modesta est,

Non enim vaga est, nec curiosa, domi se continet.

Sibi soli & uni intenta.

Non curat aliena, sat habet, quod secum agat.

Humilis est.

Nam ad pedes se conjicit.

Patiens est.

Nam sedens & jacens & ambulans continuis
in Laboribus durat,

Vigilans est.

Parum enim dormit.

) (2

6. Tem-

6.

Temperans est.

Nam Cibum ferè omnem fastidit.

7.

Sobria est.

Bibit ex dimenso ac sæpe aquam pro Vino.

8.

Obediens est.

Permittit se ad Nutum ungi, tuffumigari,
& involvi.

9.

Plena Majestate est.

Jacet in lecto, sicut Rex in folio, nulli occurrit,
nulli assurgit, nullum ducit, nullum visitat,
licet visitetur.

10.

Taciturnitatem amat.

Plus enim gemit, quam loquitur, & Multilo-
quium aversatur.

11.

Eloquentis est & Discursus movet.

Nam pedes habet in lingvâ.

12.

Plena est Charitate.

Hume-

Humores malos ad se trahit; consumit,
Corpus purificat, Caput serenat, & cætera
Membra reddit ad Functiones
habiliora.

13.

Sapiens est.
Dum nocet, hominem docet seipsum noscere.

14.

Erudita est & decorè gnara...
Dicit non tantum, sed & docet aliis compati.

15.

Prudens est.
Reflectit se ad causas, ex quibus orta,
casque vitat, fugit & damnat.

16.

Poenitens est.
Poenas sustinet Affectuum & Excessuum.

17.

Astuta est.
Purgatorium sibi eligit in molli Culcitram,
sub brevi Plumulâ.

18.

Pudica est.

Vel minimum horret Attactum.

X 3

19. Devo-

19. **H**umores solares contumelias
Devota est.

Docet hominem orare & Mentem sæpius
ad DEum elevare.

20.

Sancta est.

Et sanctos facit, & in sanctis reperitur, in eâ Pax
multorum Peccatorum,

21.

Christianum Christo conformem
efficit,

Crucifigit eum in pedibus.

22.

Hominem opulentat Meritis & Præ-
miiis æternis.

Dum à plurimis Peccatis reddit immunem, in iras
non cogitur ambulare, non Iter pedestre facere,
non saltare, non currere, non ire ad Convivia, non
haustus alienæ Sanitatis propriaeque Infirmitatis fa-
cere, multa bona procurat, Vitam prolongat, cùm
abit, saniorem & lætiorem hominem relin-
quit, quam invenerit.

23.

Denique, quod instar omnium est, cùm
semper

semper vigilet, potest hominem, si
velit, summiboni compotem
facere.

1236.

Docendo cum semper DEum cognoscere &
amare.

PARADOXA.

- P**ODAGRA, si dicenda mala, malorum minimum est, quia tantum GUTTA.
1. Si dicenda bona, sumnum bonum est, confert enim Carentiam summi Mali multiplicita.
 2. Est Medicina multorum Morborum.
 3. Magnorum Dominorum non famulam vel ancillam, sed Dominam se jactat.
 4. Gaudet Magnatum Prerogativâ, coram Regibus fedet.
 5. Supremam in Ecclesiâ Potestatem æmulatur, si quod eundum portatur.
 6. Dum æmulatur, quem diligit, castigat, cruciat, quem amat.
 7. Constanter amat, nunquam ex toto deserit, quem visitat.


9. Si




X 304 7735

9. Si spuriā dixeris, legitimām te probabit.
10. Si eam riseris, sibi gratulatur.
11. Contra malos semper fuit pejor, erga bonos
mitior.
12. Tandem, quem comitatur ad Mortem, ei Viam
ad perpetuam quietem monstrat.

827
I L I C E T!



Hu
827



Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

PRO
Laudie
POD

MAGNO
NON

Per omnes Ter
in Angustiis

D. ROBE
Supremi in Acad
CAN
Viri

PRO PI

OMNIS NEMO V

